

Præmia magna sui studii flagrantis habebunt.
 Hoc bene perpendit *GEFFERT*, en curta papyrus
 Pignus habet! *vicit constanti mente labores,*
 Et sibi jam nomen facit *hic Heliconis alumnus:*
 Indicio specimen dum nobis exhibet hocce,
 Suevorumque Ducem fortem, cui *NASUA* nomen,
 Nassovicæ gentis celebris probat esse parentem.
 Gratulor hinc cœptis, stadium calcare Minervæ
 Pergito, & anni dum mittunt, tolerato labores:
 Sis memor, ac animo repetas exempla Tuorum,
Semper honos, nomenque tuum, laudesque manebunt:

Johannes Matthias Florinus J. H. Fil.
 Sacr. & prof. litteris Studens.

Quos externa juvent si sint, *Geffertus* ab illis
 Dissentit, patriam pandere namque studet
 Laudem, & *Nassavica* quæ sint *primordia Gentis,*
 Eximio, *Nasos* ipse, labore docet.
 Mec male: pro patria si quis documenta revoluit
 Prisca, hunc ex merito gloria justa manet.
 Sic igitur *juvenis*, qua curris, perge movere,
 Facque ut promoveas: præmia *Diva* dabit.

His paucis præstantissimo juveni Respondenti feliciter
 dicere voluit

P. A. Vigelius, Litterat. & Phil. Stud.

F I N I S.